

Adonius dei gratia Ungarie, Bohemie, Dalmatie, Croatiae et rex, Marchio
Moravie, dux Slesie et Lauenburgensis ac marchio Lusacie et Vinnensis
et singulis ad quos littere nostre pervenerint, ubilibet per regnum nostrum
Bohemie constitutis. Salutem regibus, fauore. Cum Illustris:
princeps Vladislavus felix memorie Ungarie et Bohemie et rex
dilectissimus parens noster diuini cupiens ampliare cultu sanis corpore
et aro, deliberato maturoq consilio, suorumq assensu et preceptis Cameracensi
accidente, ad laudem dei celobium quoddam sub honore et titulo diuine Anne
in supradicta ciuitate nostra Cameraci exerxit de nouo et fundauerit
arcem et fundum pro ecclesia et cimiterio ambituq alijs quoq domibus
necessarijs ac horto fratribus minoribus regularis obseruantie pro salute
sua et suorum, ad uicandum deo, inhabitare concessit ac in perpetuum
donauerit, multisq priuilegijs et mira dotauerit clementia, sicut
in patentibus ipsius genitoris nostri semper memorandi, claret litteris.
Nos igitur gloriosi parentis nostri deuotionis attendentes feruore, ad
imitandum ipsius uestigia imitati, fundacione huiusmodi et donatione iuxta
eius latitudinis et longitudinis dimensionem, intra utrumq murum
comprehensam ubi et spatium itineris sine transitu, qui se ciuitate ad
monasterium ducit, que solita domo per procuratores redemerunt, iuxta
litterarum concordie tenorem, comprehensum esse uolumus, illis uoce nostro et
regia auctoritate, absq omni fraude et dolo et alio quouis colore quesito
possidenda et inhabitanda assignamus, absq cuiusuis impedimento et
contradictione, oraq priuilegia et singula monasterio uel fratribus
concessa approbantes, ratificamus, confirmamus, donamus, ac per presbiteros
de nouo concedimus, adiacentes ex singulari gratia, ut non solum
in spatio illo, quod est intra utrumq murum antiquum, scilicet et nouum, ad
erectionem ut intelleximus opera sua collocarunt emixius, edificare et erigere
opportuna ipsis edificia poterunt, uerum etiam iuxta et ad murum si edificium
exerxit, imo etiam supra murum utrumq edificiorum tota poterunt extendere ac
dilatare, libere et absq omni impedimento et contradictione, quorumcumq
gradus aut conditionis fuerit, aut pretextu quoq consuetudinis, statuti,